

Ad secundum dicendum, quod aliquid potest convenire alicui homini ratione humana nature dupliciter. Uno modo sic quod humana natura sit causa illius; sicut esse risibile convenit Socrati ratione humanæ nature, ex cuius principis causatur; & hoc modo prædestinari non convenit nec Christo, nec alteri homini ratione humanæ nature. Et in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo dicitur convenire aliquid alicui ratione humanæ nature, cuius humana natura est susceptiva; & sic dicitur, Christum esse prædestinatum ratione humanæ nature: quia prædestinatio refertur ad exaltationem humanæ nature in ipso, ut dicitur (in corp. ar.)

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. de prædest. Sanct. (loc. sup. cit.) ipsa est illa ineffabiliter facta hominis à Deo Verbo susceptio singularis, ut Filius Dei, & filius hominis simul, & filius hominis propter susceptum hominem, & Filius Dei propter susceptionem unigenitum Deum veraciter, & proprie diceretur. Et ideo quia illa susceptio sub prædestinatione cadit, tamquam gratuita, utrumque potest dici, scilicet quod & Filius Dei prædestinatus sit esse homo, & filius hominis prædestinatus sit esse Filius Dei. Quia tamen gratia non est facta Filio Dei ut esset homo, sed potius humanæ nature ut Filio Dei uniretur; magis proprie potest dici, quod Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei, quam quod Christus, secundum quod Filius Dei, sit prædestinatus esse homo.

ARTICULUS III. 142

Utrum prædestinatio Christi sit nostra prædestinationis exemplar.

III. dist. x. quæst. 111. art. 3. & Rom. 1. lect. 3.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod prædestinatio Christi non sit exemplar nostre prædestinationis. Exemplar enim præexistit exemplato. Nihil autem præexistit æterno. Cum igitur prædestinatio nostra sit æterna, videtur quod prædestinatio Christi non sit exemplar nostre prædestinationis.

2. Præterea. Exemplar ducit in cognitionem exemplati. Sed non oportuit quod Deus duce-retur in cognitionem nostre prædestinationis ex aliquo alio, cum dicitur Rom. vii. 29. Quos præcivit, (a) vos prædestinavit. Ergo prædestinatio Christi non est exemplar nostre prædestinationis.

(a) Vulgata, & prædestinavit.

3. Præterea. Exemplar est conforme exem-plato. Sed alterius rationis videtur esse prædestinatio Christi quam prædestinatio nostra: quia nos prædestinamur in filios adoptionis; Christus autem est prædestinatus Filius Dei in virtute, ut dicitur Rom. 1. 4. Ergo ejus prædestinatio non est exemplar nostre prædestinationis.

Sed contra est quod Augustinus dicit in libro de prædest. Sanct. (cap. xv.) Est præclarissimum lumen prædestinationis, & gratis ipse Salvator, ipse mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus. Dicitur autem lumen prædestinationis, & gratis, in quantum per ejus prædestinationem, & gratiam manifestatur nostra prædestinatio; quod videtur ad rationem exemplaris pertinere. Ergo prædestinatio Christi est exemplar nostre prædestinationis.

Respondeo dicendum, quod prædestinatio dupliciter potest considerari. Uno modo secundum ipsum actum prædestinantis: & sic prædestinatio Christi non potest dici exemplar nostre prædestinationis: uno enim modo, & eodem actu æterno prædestinavit Deus nos, & Christum. Alio modo potest prædestinatio considerari secundum illud ad quod aliquis prædestinatur; quod est prædestinationis terminus, & effectus: & secundum hoc prædestinatio Christi est exemplar nostre prædestinationis. Et hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad bonum ad quod prædestinatur: ipse enim est prædestinatus ad hoc quod esset Dei Filius naturalis; nos autem prædestinamur ad filiationem adoptionis, que est quedam participata similitudo filiationis naturalis. Unde dicitur Rom. vii. 29. Quos præcivit, vos prædestinavit conformari fieri imaginis filii sui. Alio modo quantum ad modum consequendi istud bonum, quod est per gratiam: quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nullis suis præcedentibus meritis est unita Filio Dei: & de plenitudine gratiæ ejus nos omnes accepimus, ut dicitur Joan. 1, 16.

Ad primum ergo dicendum, quod illa ratio procedit ex parte illius actus prædestinantis.

Et similiter dicendum ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod non est necessarium quod exemplatum exemplari quantum ad omnia conformetur; sed sufficit quod exemplatum aliquatiter imitetur suum exemplar.

ARTI-

ARTICULUS IV. 143

Utrum prædestinatio Christi sit causa nostre prædestinationis. III. dist. x. quæst. 111. art. 3.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod prædestinatio Christi non sit causa nostre prædestinationis. Æternum enim non habet causam. Sed prædestinatio nostra est æterna. Ergo prædestinatio Christi non est causa nostre prædestinationis.

2. Præterea. Illud quod dependet ex simplici Dei voluntate, non habet aliam causam nisi Dei voluntatem. Sed prædestinatio nostra est simplici voluntate Dei dependet: dicitur enim Ephes. 1. 11. Prædestinati secundum propositum ejus quia omnia operatur secundum consilium voluntatis sue. Ergo prædestinatio Christi non est causa nostre prædestinationis.

3. Præterea. Remota causa, removetur effectus. Sed remota prædestinatione Christi, non removetur nostra prædestinatio: quia etiam si Filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostre salutis, ut Augustinus dicit in Lib. XIII. de Trin. (cap. x. à princ.) Prædestinatio ergo Christi non est causa nostre prædestinationis.

Sed contra est quod dicitur Ephes. 1. 5. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum.

Respondeo dicendum, quod si consideretur prædestinatio secundum ipsum prædestinationis actum, prædestinatio Christi non est causa nostre prædestinationis; cum uno & eodem actu Deus prædestinaverit ipsum, & nos. Si autem consideretur prædestinatio secundum terminum prædestinationis, sic prædestinatio Christi est causa nostre prædestinationis. Sic enim Deus præordinavit nostram salutem; ab æterno prædestinando, ut per Jesum Christum compleretur. Sub prædestinatione enim æterna non solum cadit id quod est fiendum in tempore, sed etiam modus, & ordo, secundum quem est complendum in tempore.

Ad primum ergo, & secundum dicendum, quod rationes illæ procedunt de prædestinatione secundum prædestinantis actum.

Ad tertium dicendum, quod si Christus non fuisset incarnandus, Deus præordinasset homines salvari per aliam causam. Sed quia præordinavit incarnationem Christi, simul cum hoc præordinavit ut esset nostre salutis causa.

S. Thom. Op. Tom. V.

(a) Ita post Theologos editi omnes msi. & editi veteres est adoranda, quia est communis. Garcia est adoranda eadem adorazione, quid est. Madalena msi. retinendam censet, tantum unitate quia in qua id est quatenus.

QUÆSTIO XXV.

De adoratione Christi, ubi quæritur utrum una & eadem adoratio sit adoranda Divinitas Christi, & ejus humanitas.

Deinde considerandum est de his que pertinent ad Christum in comparatione ad nos: & primo de adoratione Christi, qua scilicet nos eum adoramus; secundo de haec quod est mediator noster ad Deum.

Circa primum queruntur sex.

Primo, utrum una & eadem adoratio sit adoranda Divinitas Christi, & ejus humanitas.

Secundo, utrum, eadem Christi sit adoranda adoratio latrig.

Tertio, utrum adoratio latrig sit exhibenda imagini Christi.

Quarto, utrum sit exhibenda cruce Christi.

Quinto, utrum sit exhibenda mari ejus.

Sexto, de adoratione reliquiarum Sanctorum.

ARTICULUS I.

Utrum una & eadem adoratio sit adoranda Divinitas Christi, & ejus humanitas.

III. dist. x. quæst. 1. art. 2. quæst. 1. & dist. xxxix. art. 1. ad 4. & veter. quæst. hinc multum ad xxxix. art. 4. ad 4. in corp. ar.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non eadem adoratione adoranda sit humanitas Christi, & ejus divinitas. Divinitas enim Christi (a) est adoranda adorazione que est communis Patri, & Filio: unde dicitur Joan. v. 23. Omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Sed humanitas Christi non est communis ei, & Patri. Ergo, non eadem adoratione adoranda est humanitas Christi, & ejus Divinitas.

2. Præterea. Honor est proprie præmium virtutis, ut Philosophus dicit in IV. Ethic. (cap. 111. cir. med.) Meretur autem virtus suum præmium per actum. Cum igitur in Christo sit alia operatio divinz, & humanæ nature, ut supra habitum est (quæst. xix. art. 1.) videtur quod alio honore sit veneranda humanitas Christi, & alio ejus Divinitas.

3. Præterea. Anima Christi, si non esset Verbo unita, esset veneranda propter excellentiam sapientiæ, & gratiæ, quam habet. Sed nihil dignitatis est ei substractum per hoc quod

S. Thom. Op. Tom. V.

(a) Ita post Theologos editi omnes msi. & editi veteres est adoranda, quia est communis. Garcia est adoranda eadem adorazione, quid est. Madalena msi. retinendam censet, tantum unitate quia in qua id est quatenus.

Utrum reliquie Sanctorum sint adorandæ.

2. 2. quæst. xxvi. art. 3.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod Sanctorum reliquie nullo modo sint adorandæ. Non enim est aliquid faciendum quod possit esse occasio erroris. Sed adorare mortuorum reliquias videtur ad errorem Gentilium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant. Ergo non sunt Sanctorum reliquie adorandæ.

2. Præterea. Stultum videtur rem insensibilem venerari. Sed Sanctorum reliquie sunt insensibilia corpora. Ergo stultum est eas venerari.

3. Præterea. Corpus mortuum non est ejusdem speciei cum corpore vivo, & per consequens non videtur esse numero idem. Ergo videtur quod post mortem alicujus Sancti corpus ejus non sit adorandum.

Sed contra est quod dicitur in Libro de ecclesiasticis dogmatibus (cap. lxxiii.) Sancto- rum corpora. & præcipue beatorum Martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honoranda credimus, & postea subditur: Si quis contra hanc sententiam (a) venerit, non Christianus est, sed Eynomianus, & Vigilantianus creditur.

Respondendo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. I. de civ. Dei (cap. xlii. à princ.) si paterna vestis, & annulus, ac si quid hujusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est major affectus; nullo modo ista speranda sunt corpora, que utique multo familiarior, atque conjunctius quam quelibet indumenta, gestamus: hic enim ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet quod qui habet affectum ad aliquem, etiam ea que de ipso post mortem relinquuntur, veneratur, non solum corpus, aut partes corporis ejus, sed etiam aliqua exteriora, puta vestes, & similia. Manifestum est autem quod Sanctos Dei in veneratione habere debemus, tanquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideo eorum reliquias qualicumque honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & præcipue eorum corpora, que fuerunt templa, & organa Spiritus Sancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Unde & ipse Deus hujusmodi reliquias convenienter honorando.

Ad primum ergo dicendum, quod hæc fuit ratio Vigilantium, cujus verba introducit (a) Ita cum nisi. Toxologum recentiores edidit. Editi vesteres cum cod. Alcan. vellet esse.

Hieronymus in Libro quem contra eum scribit (cap. 11. parum à princ.) dicens: Proprium Gentilium videmus sub pretestu religionis introduitum: pulvisculum nescio quid, in medico vasculo presens, in examine circumdatum, esculantibus adorant. Contra quem Hieronymus dicit in epistola ad Riparium: Nos, non dico Martyrum reliquias, sed nec Solem, nec Lunam, nec Angelos adoramus, scilicet adoramus latræ; honoramus autem reliquias Martyrum, ut cum eis sunt Martyres, adoretur: honoramus servos, ut honor servorum redundet ad Dominum. Sic ergo honorando reliquias Sanctorum, non incidimus in errorem Gentilium, qui cultum latræ mortuis hominibus exhibebant.

Ad secundum dicendum, quod corpus illud insensibile non adoramus propter seipsum, sed propter animam, que fuit ei unita, que nunc fruatur Deo, & propter Deum, cujus fuerunt ministri.

Ad tertium dicendum, quod corpus mortuum alicujus Sancti non est idem numero quod primo fuit, dum viveret, propter diversitatem formæ, que est anima; est tamen idem identitate materiæ, que est iterum suæ formæ unienda.

QUÆSTIO XXVI.

De eo quod Christus mediator Dei, & hominum dicitur.

Deinde considerandum est de hoc quod dicitur Christus Dei, & hominum mediator: & circa hoc quaeruntur duo.

Primo, utrum esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo.

Secundo, utrum hoc conveniat ei secundum humanam naturam.

ARTICULUS I.

Utrum esse mediatorem Dei, & hominum sit proprium Christo.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod esse mediatorem Dei, & hominum non sit proprium Christo. Sicut enim Sacerdos, ita, & propheta videtur esse mediator inter Deum, & homines, secundum illud. Deuter. v. 5. Ego illo tempore sequester fui, & medius inter Deum & vos. Sed esse prophetam, & sacerdotem non est proprium Christo. Ergo nec esse mediatorem.

2. Præterea. Illud quod convenit Angelis bonis, & malis, non potest dici esse proprium

primum Christo. Sed esse medium inter Deum & homines convenit Angelis bonis, ut Dionysius dicit iv. cap. de divin. Nom. (parum à princ. lect. 1.) convenit etiam angelis malis, idest dæmonibus: habent enim quadam communia cum Deo, scilicet immortalitatem, quadam cum hominibus, scilicet quod sunt animo passivi, & per consequens miseri, ut patet per Augustinum in IX. de civit. Dei (cap. viii. xlii. & xv.) Ergo esse mediatorem Dei, & hominum non est proprium Christo.

3. Præterea. Ad officium mediatoris pertinet interpellare ad unum eorum inter quos est mediator pro altero. Sed Spiritus Sanctus, sicut dicitur Rom. viii. 26. (a) interpellat pro nobis ad Deum genitibus inenarrabilibus. Ergo Spiritus Sanctus est mediator inter Deum & homines. Non ergo est proprium Christo.

Sed contra est quod dicitur I. ad Timoth. ii. 5. Unus est mediator Dei, & hominum homo Jesus Christus.

Respondendo dicendum, quod ad mediatoris officium proprie pertinet conjungere, & unire eos inter quos est mediator: nam extrema ununtur in medio. Unire autem homines Deo perfecte quidem convenit Christo, per quem homines sunt reconciliati Deo, secundum illud II. ad Corinth. v. 19. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Et ideo solus Christus est perfectus Dei, & hominum mediator, in quantum per suam mortem humanum genus Deo reconciliavit. Unde cum Apostolus dixisset, Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus, subjunxit: Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Nihil tamen prohibet aliquos alios secundum quid dici mediatores inter Deum & homines prout scilicet cooperantur ad unionem hominum cum Deo dispositive, vel ministerialiter.

Ad primum ergo dicendum, quod propheta, & sacerdos veteris Testamenti dicti sunt mediatores inter Deum & homines dispositive, & ministerialiter, in quantum scilicet prænuuntiabant, & præfigurabant verum & perfectum Dei & hominum mediatorem. Sacerdotes vero novi Testamenti possunt dici mediatores Dei, & hominum, in quantum sunt ministri veri mediatoris, vice ipsius salutaria sacramenta hominibus exhibentes.

Ad secundum dicendum, quod Angeli boni, ut Augustinus dicit in IX. de civ. Dei (cap. xlii. à med.) non recte possunt dici mediatores inter Deum & homines. Cum enim utrumque habeant commune cum Deo, & beatitudinem, & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus miseris, & mortalibus; quomodo non potius remisi sunt ad hominibus, Deoque conjuncti, quam inter utriusque mediis constituti?

2. Præterea. Sicut Christus in quantum est Deus, convenit cum Patre, & Spiritu Sancto;

Dionysius tamen dicit eos esse medios, quia secundum gradum nature sunt infra Deum, & supra homines constituti, & maioris officium exercent; non quidem principaliter, & perfecte, sed ministerialiter, & dispositive. Unde Matth. iv. 11. dicitur, quod accesserunt Angeli, & ministrabant ei, scilicet Christo. Dæmones autem habent communem cum Deo immortalitatem, cum hominibus autem miseriam: ad hoc enim se interponit medius dæmon immortalis, & miser, ut ad immortalitatem beatam transire non sinat, sed perducatur ad miseriam immortale: unde est sicut malus medius, qui separat amicos. Christus autem habuit communem cum Deo beatitudinem, cum hominibus autem mortalitatem: & ideo ad hoc se interposuit medius, ut mortalitate transacta, & ex mortuis fieret immortalis (quod in se resurgendo monstravit) & ex miseris beatos efficeret unde nunquam ipse decessit. Et ideo ipse est bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

Ad tertium dicendum, quod Spiritus Sanctus, cum sit per omnia Deo aequalis, non potest dici medius, vel mediator inter Deum, & homines; sed solus Christus, qui licet secundum Divinitatem aequalis sit Patri, tamen secundum humanitatem minor est Patre, ut supra dictum est (quæst. xx. art. 1.) Unde super illud ad Galat. 111. Mediator unus non est, dicit Glossa: Non Pater, nec Spiritus Sanctus. Dicitur autem Spiritus Sanctus interpellare pro nobis, quia ipse interpellare nos facit.

ARTICULUS II. 151

Utrum Christus, secundum quod homo, sit mediator Dei, & hominum.

III. dist. xix. art. 5. quæst. 2. & IV. dist. xliii. art. 2. quæst. 1. corp. & dist. xlviii. quæst. 1. art. 2. & veris. quæst. xxix. art. 5. ad 5. & I. Timoth. 11. lect. 1. fin. & II. Timoth. 11.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Christus non sit mediator Dei, & hominum, secundum quod homo. Dicit enim Augustinus in Lib. contra Felicianum (cap. x. ante med.) Una est Christi persona, ne sit non unus Christus, non una substantia, ne mediatoris dispersione submota, aut Dei tantum dicatur, aut hominis filius. Sed non est Dei, & hominis filius, secundum quod homo, sed simul secundum quod Deus, & homo. Ergo neque dicendum est, quod sit mediator Dei, & hominum solum secundum quod homo.

2. Præterea. Sicut Christus in quantum est Deus, convenit cum Patre, & Spiritu Sancto;

(a) Vulgata postulat.

betur: quia reverentia non nisi rationali natura debetur. Relinquitur ergo quod exhibetur ei reverentia solum in quantum est imago: & sic sequitur quod eadem reverentia exhibetur imagini Christi, & ipsi Christo. Cum ergo Christus adoratur adoratione latriæ, consequens est quod ejus imago sit adoratione latriæ adoranda.

Ad primum ergo dicendum, quod non prohibetur illo præcepto facere quancumque sculpturam, vel similitudinem, sed facere ad adorandum. Unde subdit: *Non adorabis ea, neque coles*. Et quia, sicut dictum est (in corp. art.) idem est motus in imaginem, & in rem; eo modo prohibetur adoratio imaginis quo prohibetur adoratio rei cuius imago est. Unde sibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum, quas Gentiles faciebant in venerationem deorum suorum, id est dæmonum. Et ideo præmittitur: *Non habebis deos alienos coram me*. Ipsi autem vero Deo, cum sit incorporatus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, ut Damascenus dicit (loc. sup. cit.) *insipientia summa est, & impietatis figurare quod est divinum*. Sed quia in novo Testamento Deus factus est homo, potest in sui imagine corporali adorari.

Ad secundum dicendum, quod Apostolus prohibet operibus infructuosis Gentilium communicare; communicare autem utilibus eorum operibus Apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginum est inter infructuosa opera computanda quantum ad duo. Primo quidem quantum ad hoc quod quidam eorum adorant ipsas imagines ut res quasdam, credentes in eis esse aliquod numen, propter responsa quæ dæmones in eis dabant, & alios hujusmodi effectus mirabiles. Secundo propter res quarum erant imagines, stantebant enim hujusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latriæ venerantur. Nos autem adoramus adoratione latriæ imaginem Christi, qui est verus Deus, non propter ipsam imaginem, sed propter rem cuius imago est, sicut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod creaturæ rationali debetur reverentia propter seipsam: & ideo si creaturæ rationali, in qua est imago Dei, exhiberetur adoratio latriæ, posset esse erroris occasio, ut scilicet motus adorantis, sisteret in homine, in quantum est res quædam, & non ferretur in Deum, cuius est imago: quod non potest contingere de imagine sculpta, vel picta in materia sensibili.

Ad quartum dicendum, quod Apostoli familiari instinctu Spiritus Sancti quedam Ecclesie tradiderunt servanda, quæ non relinquunt in scriptis, sed in observatione Ecclesie per successiorem fidelium; unde ipse Apostolus dicit II. ad Thess. xi. 15. *State, &*

teneite traditiones, quas didicistis: sive per sermonem, scilicet ore prolaturam, sive per epistolam, scilicet scripto transmissam: & inter hujusmodi traditiones est imaginum Christi adoratio. Unde & B. Lucas dicitur depinxisse Christi imaginem, quæ Romæ habetur.

ARTICULUS IV. 147.

Utrum crux Christi sit adoranda adoratione latriæ.

2. 2. quest. ciii. art. 4. ad 3. & III. dist. ix. quest. 1. art. 2. quest. 4.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod crux Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Nullus enim pius filius venerat contumeliam patris sui, puta flagellum quo flagellatus est, vel lignum in quo fuit suspensus, sed magis illud abhorret. Christus autem in ligno crucis opprobriosisimam mortem passus est, secundum illud Sapientie 11. 20. *Morte turpissima condemnatus cum*. Ergo non debemus crucem venerari, sed magis abhorere.

1. Præterea. Humanitas Christi adoratione latriæ adoratur, in quantum est unita Filio Dei in persona: quod de cruce dici non potest. Ergo crux Christi non est adoranda adoratione latriæ.

2. Præterea. Sicut crux Christi fuit instrumentum passionis ejus, & mortis; ita etiam & multa alia, puta clavi, corona, & lancea; quibus tamen non exhibemus latriæ cultum. Ergo videtur quod crux Christi non sit adoratione latriæ adoranda.

Sed contra est quod illi exhibemus latriæ cultum in quo ponimus spem salutis. Sed in cruce Christi ponimus spem salutis: cantas enim Ecclesia:

O crux, ave spes unica,

Hoc passionis tempore,

Auge piis justitiam,

Reisque dona veniam.

Ergo crux Christi est adoranda adoratione latriæ.

Respondendo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) honor, seu reverentia non debetur nisi rationali naturæ; creaturæ autem insensibili non debetur honor; vel reverentia nisi ratione rationalis naturæ. Et hoc dupliciter: uno modo in quantum representat rationalem naturam; alio modo in quantum est quocumque modo conjungitur. Primo modo consueverunt homines venerari Regis imaginem; secundo modo ejus vestimentum. Utrumque autem venerantur homines eadem veneratione qua venerantur & Regem.

Si ergo loquamur de ipsa cruce in qua Christus

tus

ARTICULUS V.

148

Utrum mater Christi sit adoranda adoratione latriæ.

2. 2. quest. ciii. art. 4. ad 2. & III. dist. ix. quest. 1. art. 2. quest. 3.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod mater Dei sit adoranda adoratione latriæ. Videtur enim idem honor esse exhibendus matri Regis, & Regi: unde dicitur III. Reg. 11. 19. *quod posuit est thronus matri Regi, que sedit ad dexteram ejus*: & Augustinus (alius Author) dicit in serm. de assumptione (cap. vi. cir. med.) *Thronum Dei, & thronum Domini, domum, atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse ubi est ipse*. Sed Christus adoratur adoratione latriæ. Ergo & mater ejus.

2. Præterea. Damascenus dicit IV. Lib. (orth. Fid. cap. xvii. ad fin.) quod honor matris refertur ad filium. Sed filius adoratur adoratione latriæ. Ergo & mater.

3. Præterea. Conjunctior est Christo mater ejus quam crux. Sed crux adoratur adoratione latriæ. Ergo & mater Christi est adoratione latriæ adoranda.

Sed contra est quod mater Dei est pura creatura. Non ergo ei debetur adoratio latriæ.

Respondeo dicendum, quod quia latria soli Deo debetur, nulli creaturæ debetur latria, prout creaturam secundum se veneramus. Licet autem creaturæ insensibiles non sint capaces venerationis secundum seipsas; creatura tamen rationalis est capax venerationis secundum seipsam. Et ideo nulli puræ creaturæ rationali debetur cultus latriæ. Cum igitur beata Virgo sit puræ creaturæ rationalis, non debetur ei adoratio latriæ, sed solum veneratio dulcis; emittentis tamen quam ceteris creaturis, in quantum ipsa est mater Dei. Et ideo dicitur, quod debetur ei non qualicumque dulcia, sed hyperdulcia.

Ad primum ergo dicendum, quod matri Regis non debetur æqualis honor honor qui debetur Regi; debetur tamen ei quidam honor consimilis, ratione cuiusdam excellentiæ. Et hoc significant auctoritates inductæ.

Ad secundum dicendum, quod honor matris refertur ad filium, quia ipsa mater est propter filium adoranda; non tamen eo modo quo honor imaginis refertur ad exemplar: quia ipsa imago, prout in se consideratur ut res quedam, nullo modo est veneranda.

Ad tertium dicendum, quod crux non est capax venerationis, prout in se consideratur, ut dictum est (art. præc.) sed B. Virgo secundum seipsam est venerationis capax: & ideo non est similis ratio.

AR-

est unita Verbo. Ergo natura humana in Christo est quadam propria adoratione veneranda, præter venerationem quæ exhibetur Divinitati ipsius.

Sed contra est quod in capitulis quintæ Synodi (scilicet Constanti H. gener. V. collat. VIII. can. IX.) sic legitur: *Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ecce quo dicitur adorationes introducitur, sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum eius propria ipsius adone adorari, sicut ab initio Dei Beatus traditum est; talis anathema sit.*

Respondeo dicendum, quod in eo qui honoratur duo possimus considerare, scilicet unum cui honor exhibetur, & causam honoris. Proprie autem honor exhibetur toti rei subsistenti. Non enim dicitur, quod manus hominis honoretur, sed quod homo honoretur, & si quandoque contingat quod dicatur honorari manus, vel pes alicujus, hoc non dicitur ex ratione quod hujusmodi partes secundum se honorentur, sed quia in istis partibus honoratur totum, per quem etiam modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori, puta in veste, aut in imagine, aut in nuntio. Causa autem honoris est id ex quo ille qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor est reverentia altæ exhibita propter sui excellentiam, ut in secunda parte dictum est (2. 2. quæst. c. 111. art. 1.) Et ideo si in uno homine sunt plures causæ honoris, puta prælatio, scientia, & virtus; erit quidem illius hominis unus honor ex parte ejus qui honoratur; plures tamen secundum causas honoris: homo enim est qui honoratur & propter scientiam, & propter virtutem.

Sic ergo cum in Christo sit tantum una persona divine, & humane nature, & etiam una hypostasis, & unum suppositum; est quidem ejus una adoratio; & unus honor ex parte ejus qui adoratur; sed ex parte cause qua honoratur, possunt dici esse plures adorationes, ut scilicet alio honore honoretur propter sapientiam increatam, & alio propter sapientiam creatam. Si autem ponerentur in Christo plures personæ, seu hypostases, sequeretur quod simpliciter essent plures adorationes. Et hoc est quod in Synodis reprobatur: dicitur enim in capitulis Cyrilli (hab. in ejus epist. ad Nestor. in Concilio Ephes. gener. III. par. 1. cap. xxvi.) *Si quis audeat dicere, assumptum hominem coadorari oportere Deo Verbo, quasi alterum alteri, & non potius una adoratione honorificat Emmanuelem, secundum quod Verbum caro factum est, anathema sit.*

Ad primum ergo dicendum quod in Trinitate sunt tres qui honorantur, sed est una causa honoris; in mysterio autem Incarnationis est 6 conversio. Et ideo alio modo est unus honor Trinitatis, & alio modo est unus honor Christi.

Ad secundum dicendum, quod operatio non est quæ honoratur, sed est ratio honoris. Et ideo per hoc quod in Christo sunt due operationes, sed quod sint due adorationis causæ.

Ad tertium dicendum, quod anima Christi, si non esset unita Deo Verbo, esset id quod est principalissimum in homine illo: & ideo sibi præcipue deberetur honor, quia homo est id quod est potissimum in eo. Sed quia anima Christi est unita personæ digniori, illi personæ præcipue deberetur honor, cui anima Christi unitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas anime Christi, sed augetur, ut etiam supra dictum est (quæst. 111. art. 2. ad 2.)

ARTICULUS II.

Utrum humanitas Christi adoranda sit adoratione latriæ.

III. dist. 19. quæst. 1. art. 2. quæst. 1.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod humanitas Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Quia super Psalm. xcviii. *Adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est,* dicit Glossa (ord. vetus mss.), *Caro à Verbo Dei assumpta sine impietate adoratur à nobis, quia nemo carnem ejus spiritualiter manducat, nisi prius adoret; non illa dico adoratio que latria est, quæ soli Creatori debetur.* Caro autem Christi est pars humanitatis. Ergo humanitas Christi non est adoranda adoratione latriæ.

Præterea. Cultus latriæ nulli creaturæ debetur: ex hoc enim reprobantur Gentiles, quod coluerunt, & servierant creaturæ, ut dicitur Rom. 1. 25. Sed humanitas Christi est creatura. Ergo non est adoranda adoratione latriæ.

Præterea. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionem maximi dominii, secundum illud Deuteronom. vi. 13. *Dominum Deum tuum (a) adorabis, & illi soli servies.* Sed Christus, secundum quod est homo, est minor Pater. Ergo humanitas ejus non est adoratio latriæ adoranda.

Sed contra est quod Damascenus dicit in IV. Lib. (orth. Fid. cap. 111.) *Adoratur autem caro Christi incarnato Verbo Deo, non propter seipsam, sed propter unitum et secundum hypostasin Verbum Dei.* Et super illud Psalm. xcviii. *Adorate scabellum pedum ejus,* dicit Glossa (ord. August.), *Qui adorat corpus Christi,*

Christi, non terram intuetur, sed illum potius cujus scabellum est, in cujus honore scabellum adoratur. Sed Verbum incarnatum adoratur adoratione latriæ. Ergo & corpus ejus; sive ejus humanitas.

ARTICULUS III.

Utrum imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

2. 2. q. LXXXI. art. 3. ad 3. & quæst. XLIX. art. 1. ad 2. & infr. art. 4. cor. art. 3. ad 2. & III. dist. 19. quæst. 1. art. 2. quæst. 2.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod imago Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Dicitur enim Exod. xx. 4. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem.* Sed nulla adoratio est facienda contra Dei præceptum. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

Præterea. Operibus Angelorum non debemus communicare, ut Apollolus dicit Ephes. v. Sed Gentiles de hoc præcipue inculpantur, quod commutaverunt gloriam incorruptibilem Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, ut dicitur Rom. 1. 23. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

Præterea. Christo debetur adoratio latriæ ratione Divinitatis, non ratione humanitatis. Sed imagini Divinitatis ejus, quæ est anime rationalis impressa, non debetur adoratio latriæ. Ergo multo minus imagini corporali, quæ repræsentat humanitatem ipsius.

Præterea. Nihil videtur esse in cultu divino faciendum, nisi quod est à Deo institutum: unde & Apollolus I. ad Corinth. xi. 23. traditur doctrinam de sacrificio. Ecclesia dicit: *Ego accipi à Domino, quod & tradidi vobis.* Sed nulla traditio in Scriptura invenitur de adorandis imaginibus. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

Sed contra est quod Damascenus (Lib. IV. orth. Fid. cap. xvii. cir. princ.) inducit Basilium dicentem: *Imagini honor ad proprium pertinet, id est exemplar: sed ipsum exemplar (scilicet Christus) est adorandum adoratione latriæ. Ergo & ejus imago.*

Respondeo dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in Lib. de memoria & reminiscencia (cap. 11. cir. med.) duplex est motus anime in imaginem: unus quidem in ipsam imaginem, secundum quod res quadam est; alio modo in imaginem, inquantum est imago alterius: & inter hos duos motus est hæc differentia, quia primus motus est quod quis movetur in imaginem, ut est res quadam, est alius à motu qui est in rem; secundus autem motus, qui est in imaginem, inquantum est imago, est unus & idem cum illo qui est in rem.

Sic ergo dicendum est, quod imagini Christi, inquantum est res quadam (puta lignum sculptum, vel pictum) nulla reverentia exhibetur:

Christi, non terram intuetur, sed illum potius cujus scabellum est, in cujus honore scabellum adoratur. Sed Verbum incarnatum adoratur adoratione latriæ. Ergo & corpus ejus; sive ejus humanitas.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) honor adorationis proprie debetur hypostasi subsistenti; tamen ratio honoris potest esse aliquid subsistens, propter quod honoratur persona cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi dupliciter potest intelligi. Uno modo ut sit ejus sicut rei adoratae: & sic adorare carnem Christi nihil est aliud quam adorare Regem vestitum. Et secundum hoc adoratio humanitatis Christi est adoratio latriæ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi quæ sit ratione humanitatis Christi perfecti omni munere gratiarum, & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latriæ, sed adoratio dulciæ; scilicet quod una & eadem persona Christi adoratur adoratione latriæ propter suam Divinitatem, & adoratione dulciæ propter perfectionem humanitatis. Nec hoc est inconveniens: quia ipsi Deo Patri debetur honor latriæ propter Deitatem, & honor dulciæ propter dominium, quo gubernat creaturam. Unde super illud Psalm. vii. *Domine Deus meus, in te speravi,* dicit Glossa (interl.), *Dominus omnium per potentiam, cui debetur dulciæ, Deus omnium per creationem, cui debetur latria.*

Ad primum ergo dicendum, quod Glossa illa non est sic intelligenda, quasi scorum adoretur caro Christi ab ejus Divinitate: hoc enim posset contingere solum hoc modo, si esset alia hypostasis Dei, & hominis. Sed quia, ut Damascenus dicit (loc. sup. cit.) *si divinas subtilibus intelligentiis, quod videtur, ab eo quod intelligitur, inadorabilis est ut creatura, scilicet adoratio latriæ: & tunc sic intellecte, ut separare à Deo Verbo, deberetur sibi adoratio dulciæ, non cujuscumque, puta quæ communitur exhibetur aliis creaturis, sed cujusdam excellentioris, quam hyperduliam vocant.* Et per hoc etiam patet responsio ad secundum, & tertium: quia adoratio latriæ non exhibetur humanitati Christi ratione sui ipsius, sed ratione Divinitatis, cui unitur, secundum quam Christus non est minor Pater.

ita inquantum est homo, convenit cum hominibus. Sed propter hoc quod inquantum est Deus, convenit cum Patre, & Spiritu Sancto, non potest dici mediator, inquantum est Deus: quia super illud I. ad Timoth. 11. *Mediator Dei, & hominum* etc. dicit Glossa (ord. Aug. Lib. X. Conf. cap. XLIII. ante med.) *Inquantum est Verbum, non medius est: quia equalis est Deo, & Deus apud Deum, & simul unus Deus.* Ergo nec etiam inquantum est homo, potest dici mediator, propter convenientiam quam cum hominibus habet.

3. Præterea, Christus dicitur mediator, inquantum reconciliavit nos Deo: quod quidem fecit auferendo peccatum, quod nos separabat à Deo. Sed auferre peccatum convenit Christo, non inquantum est homo, sed inquantum est Deus. Ergo Christus, inquantum est homo, non est mediator, sed inquantum est Deus.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. IX. de civit. Dei (cap. xv. ad fin.) *Non est hoc mediator est Christus, quia Verbum: maxime quippe immortale, & maxime beatum Verbum longe est à mortalibus miseris: sed mediator est, secundum quod homo.*

Respondeo dicendum, quod in mediatore duo possunt considerari: primo quidem rationem medii; secundo officium conjugendi. Est autem de ratione medii conjugendi ab utroque extremorum. Conjungit autem mediator per hoc quod ea quæ unius sunt, defert ad alterum. Neutrum autem horum potest convenire Christo, secundum quod est Deus, sed solum secundum quod est homo. Nam secundum quod Deus, non differt à Patre, & Spiritu Sancto in natura, & potestate dominii. Nec etiam Pater, & Spiritus Sanctus aliquid habent quod non sit Filii; ut sic possit id quod est Patris, vel Spiritus Sancti, quasi quod est aliorum, ad alios deferre. Sed utrumque convenit ei, inquantum est homo: quia secundum quod est homo, distat & à Deo in natura, & ab hominibus in dignitate & gratiæ, & gloriæ. Inquantum etiam est homo, convenit ei conjungere homines Deo, præcepta, & dona Dei satisfaciendo, & interpellando.

Et ideo verissime dicitur mediator, secundum quod homo.

Ad primum ergo dicendum, quod si subtrahatur divina natura à Christo, subtraheretur per consequens ab eo singularis plenitudo gratiarum, quæ convenit ei, inquantum est unigenitus à Patre, ut dicitur Joan. 1. Ex qua quidem plenitudine habet ut sit super omnes homines constitutus, & propinquus ad Deum accedens.

Ad secundum dicendum, quod Christus, secundum quod Deus, est per omnia aqua-

lis Patri; sed etiam in humana natura excedit alios homines: & ideo secundum quod homo, potest esse mediator, non autem secundum quod Deus.

Ad tertium dicendum, quod licet auctoritative peccatum auferre conveniat Christo, secundum quod est Deus; tamen satisficere pro peccato humani generis convenit ei, secundum quod est homo. Et secundum hoc dicitur Dei, & hominum mediator.

QUÆSTIO XXVII.

De beata Virginis Maria sanctificatione,

in sex articulis divisa.

Post prædicta, in quibus de unione Dei, & hominis, & de his quæ unionem consequuntur, tractatum est, restat considerandum de his quæ Filius Dei incarnatus in natura humana sibi unita gessit, vel passus est. Quæ quidem consideratio quadripartita erit. Nam primo considerabimus de his quæ pertinent ad ingressum ejus in mundum. Secundo de his quæ pertinent ad progressum vite ipsius in hoc mundo. Tertio de exitu ipsius ab hoc mundo. Quarto de his quæ pertinent ad exaltationem ipsius post hanc vitam.

Circa primum quantum consideranda occurrunt. Primo quidem de conceptione Christi. Secundo de ejus nativitate. Tertio de ejus circumcisione. Quarto de ejus baptismo.

Circa conceptionem autem ejus oportet primo aliqua considerare quantum ad matrem concipientem. Secundo quantum ad modum conceptionis. Tertio quantum ad perfectionem prolis conceptæ.

Ex parte autem matris occurrunt quinque consideranda. Primo quidem de sanctificatione ejus. Secundo de virginitate ejus. Tertio de desponsatione ejusdem. Quarto de annuntiatione ipsius. Quinto de preparatione ipsius ad concipiendum.

Circa primum quærentur sex.

Primo, utrum B. Virgo mater Dei fuerit sanctificata ante nativitatem ex utero.

Secundo, utrum fuerit sanctificata ante animationem.

Tertio, utrum per hujusmodi sanctificationem fuerit sibi totaliter sublati sones peccati.

Quarto, utrum per hujusmodi sanctificationem fuerit consecuta ut numquam peccaret.

Quinto, utrum per hujusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum.

Sexto, utrum sic sanctificata fuerit propria sibi.

ARTICULUS I.

Utrum B. Virgo mater Dei fuerit sanctificata ante nativitatem ex utero.

III. dist. 111. quæst. 1. art. 1. quæst. 3. & quodlib. VI. quæst. 3. art. 1. corp. & opusc. 111. cap. CCXXXI. & Psalm. XLV. com. 11.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod beata Virgo non fuerit sanctificata ante nativitatem ex utero. Dicit enim Apostolus I. ad Corinth. xv. 46. *Non prius quod spirituale est, sed prius quod est animale, deinde quod est spirituale.* Sed per gratiam sanctificantem nascitur homo spiritualiter in filium Dei, secundum illud Joan. 1. 13. *Ex Deo nati sunt: nativitas autem ex utero est nativitas animalis.* Non ergo beata Virgo fuit prius sanctificata quam ex utero nasceretur.

2. Præterea, Augustinus dicit in epist. ad Dardanum (ccxxxvii. al. lvi. inter med. & fin.) *Sanctificatio, qua efficiuntur templum Dei, non nisi renatorum est.* Nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. Ergo beata Virgo non fuit prius sanctificata quam ex utero nasceretur.

3. Præterea, Quicumque est sanctificatus per gratiam, est mundatus à peccato originali, & actuali. Si ergo beata Virgo fuit sanctificata ante nativitatem ex utero, consequens est quod tunc fuerit emundata ab originali peccato. Sed solum originale peccatum poterat eam impedire ab introitu regni cælestis. Si ergo tunc mortua fuisset, videtur quod janua regni cælestis introisset; quod tamen fieri non potuit ante passionem Christi: *hædemus enim fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem ejus, ut dicitur Hebr. x. 19.* Videtur ergo quod B. Virgo non fuerit sanctificata, antequam ex utero nasceretur.

4. Præterea, Peccatum originale contrahitur ex origine, sicut peccatum actuale ex actu. Sed quamdiu aliquis est in actu peccandi, non potest à peccato actuali mundari. Ergo etiam nec beata Virgo à peccato originali mundari potuit, dum esset adhuc in ipso actu originis in materno utero existens.

Sed contra est quod Ecclesia celebrat nativitatem B. Virginis. Non autem celebratur festum in Ecclesia nisi pro aliquo Sancto. Ergo B. Virgo in ipsa sua nativitate fuit sancta. Fuit ergo in utero sanctificata.

Respondeo dicendum, quod de sanctificatione B. Mariæ, quod scilicet fuerit sanctificata in utero, in Scriptura canonica tractatur. Th. Op. Tom. V.

[a] Ita cum his, Tharrac, Alcan, Paris, &c. editi passim. Al. ostium.

ditur, quæ etiam nec de ejus nativitate mentionem facit. Sicut tamen Augustinus (alius Auctor in serm. de Assumptione ipsius Virginis cap. 11. 1v. & v.) rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumpta in celum (quod tamen Scriptura non tradit;) ita etiam rationabiliter argumentari possumus quod fuerit sanctificata in utero.

Rationabiliter enim creditur quod illa quæ genuit Unigenitum à Patre, plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus aliis majora privilegia gratiæ accepit. Unde, ut legitur Luc. 1. 28. *Angelus ei dixit: Ave gratia plena.* Invenimus autem quibusdam aliis hoc privilegium esse concessum, ut in utero sanctificentur; sicut Hieremias, cui dictum est (Hierem. 1. 5.) *An tequam exires de vulva, sanctificavi te:* & sicut Joanni Baptista, de quo dictum est Luc. 1. 15. *Spiritu Sancto replebitur abne ex utero matris sue.* Unde rationabiliter creditur quod B. Virgo sanctificata fuerit antequam ex utero nasceretur.

Ad primum ergo dicendum, quod etiam in B. Virgine prius fuit id quod est animale, & post id quod est spirituale: quia prius fuit secundum carnem concepta, & postea secundum spiritum sanctificata.

Ad secundum dicendum, quod Augustinus loquitur secundum legem communem, secundum quam per sacramenta non regenerantur aliqui, nisi prius nati. Sed Deus huic legi sacramentorum potentiam suam non alligavit, quin aliquibus ex speciali privilegio gratiam suam conferre possit, antequam nascantur ex utero.

Ad tertium dicendum, quod B. Virgo sanctificata fuit in utero à peccato originali quantum ad maculam personalem; non tamen fuit liberata à reatu, quo tota natura tenebatur obnoxia, ut scilicet non intraret in paradysum, nisi per Christi (a) hostiam; sicut & de sanctis Patribus dicitur qui fuerunt ante Christum.

Ad quartum dicendum, quod peccatum originale contrahitur ex origine, inquantum per eam communicatur humana natura, quam proprie respicit peccatum originale: quod quidem fit quando proles concepta animatur; unde post animationem nihil prohibet prolem conceptam sanctificari: postea enim non manet in materno utero ad accipiendam humanam naturam, sed ad aliqualem perfectionem ejus quod jam accipit.

ARTICULUS II. 153

Utrum B. Virgo fuerit sanctificata ante animationem.

III. dist. III. quest. 1. art. 1. & quod. VI. quest. v. art. 1. corp. & opusc. 11. cap. CCXXXI.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod B. Virgo sanctificata fuerit ante animationem. Quia, ut dictum est (art. præc.) plus gratiæ est collatum Virgini matri Dei quam alicui Sanctorum. Sed quibusdam videtur esse concessum quod sanctificaretur ante animationem: quia, ut dicitur Hierem. 1. 5. *Præsumam te formam in utero, novi te; non autem infunditur anima ante corporis formationem: similiter etiam de Joanne Baptista dicit Ambrosius super Luc. (cap. 1. sup. illud Et Spiritus Sanctus replebitur) quod nondum inerat ei Spiritus vitæ, & Jam inerat ei Spiritus gratiæ. Ergo multo magis B. Virgo ante animationem sanctificari potuit.*

2. Præterea. Conveniens fuit, sicut Anselmus dicit in Lib. de conceptu virginali (c. xviii. parum à princ.) *ut illa Virgo ea puritate niteret qua major sub Deo nequit intelligi: unde & Cant. iv. 7. dicitur: Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Sed major puritas fuisse B. Virginis, si numquam anima ejus fuisset inquinata contagio originalis peccati. Ergo hoc ei præstitum fuit ut antequam animaretur caro ejus, sanctificaretur.

3. Præterea. Sicut dictum est (art. præc. arg. Sed cont.) non celebratur festum, nisi de aliquo Sancto. Sed quidam celebrant festum Conceptionis B. Virginis. Ergo videtur quod in ipsa sua conceptione fuerit sancta; & ita quod ante animationem fuerit sanctificata.

4. Præterea. Apostolus dicit Rom. 11. 16. *Si radix sancta, & rami.* Radix autem filiorum sunt parentes eorum. Potuit ergo B. Virgo sanctificari etiam in suis parentibus ante animationem.

Sed contra est quod ea quæ fuerunt in veteri Testamento, sunt figura novi, secundum illud I. ad Corinth. x. 12. *Omnia in figura contingebant illis.* Sed per sanctificationem tabernaculi, de qua dicitur in Plal. xlv. 5. *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, videtur significari sanctificatio matris Dei, quæ tabernaculum Dei dicitur, secundum illud Plalm. xviii. 6. In Sole posuit tabernaculum suum: de tabernaculo autem dicitur Exod. ult. 31. Postquam cuncta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini implevit illud.* Ergo etiam beata Virgo non fuit sanctificata, nisi postquam cuncta ejus perfecta sunt, scilicet & corpus, & anima.

Respondeo dicendum, quod sanctificatio beate Virginis non potest intelligi ante ejus animationem, duplici ratione. Primo quidem quia sanctificatio de qua loquimur, non est nisi emundatio à peccato originali: sanctitas enim est perfecta munditia, ut Dionysius dicit in xi. cap. de divinis Nominibus (parum à princ.) *Quia autem non potest emundari nisi per gratiam, cujus subiectum est sola creatura rationalis. Et ideo ante infusionem anime rationalis beata Virgo sanctificata non fuit. Secundo quia cum sola creatura rationalis sit susceptiva culpæ, ante infusionem anime rationalis proles concepta non est culpæ obnoxia. Et sic quocumque modo ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset, numquam incurrisset maculam originalis culpæ; & ita non indigisset redemptione, & salure, quæ est per Christum, de quo dicitur Matth. 1. 21. *Ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Hoc autem inconveniens est quod Christus non sit Salvator omnium hominum, ut dicitur I. ad Tim. 4.*

Unde reliquitur quod sanctificatio B. Virginis fuerit post ejus animationem.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus dicit, ante formationem in utero se Hieremiam novisse, notitia scilicet prædestinationis; sed sanctificasse dicit eum non ante formationem, sed antequam exiret de ventre. Quod autem Ambrosius dicit, quod Joanni Baptiste nondum inerat spiritus vitæ, cum jam habebat spiritum gratiæ, non est intelligendum, secundum quod spiritus vitæ dicitur anima vivificans, sed secundum quod spiritus vitæ dicitur aer exterius respiratus. Vel potest dici, quod nondum inerat ei spiritus vitæ, id est anima, quantum ad manifestas, & completas operationes ipsius.

Ad secundum dicendum, quod si numquam anima B. Virginis fuisset contagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati Christi, secundum quem est universalis omnium Salvator. Et ideo sub Christo, qui salvari non indiguit, tamquam universalis Salvator, maxima fuit B. Virginis puritas. Nam Christus nullo modo contraxit originale peccatum, sed in ipsa sua conceptione fuit sanctus, secundum illud Luc. 1. 35. *Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.* Sed B. Virgo contraxit quidem originale peccatum, sed ab eo fuit mundata, antequam ex utero nasceretur. Et hoc signatur Job. 11. 9. ubi de nocte originalis peccati dicitur: *Exaltet lucem, id est Christum, & non videas (quia nihil inquinatum incurrit in illum, ut dicitur Sap. vii. 25.) nec ortum surgentis aurora.* id est B. Virginis, quæ in suo ortu à peccato originali fuit immunis.

Ad tertium dicendum, quod licet Roma-

na Ecclesia conceptionem B. Virginis non celebrat, tolerat tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiarum illud festum celebrantium. Unde talis celebratio non est totaliter reprobanda. Nec tamen per hoc quod festum conceptionis celebratur, datur intelligi quod in sua conceptione fuerit sancta, sed quia quo tempore sanctificata fuerit, ignoratur, & celebratur festum sanctificationis ejus potius quam conceptionis in die conceptionis ipsius.

Ad quartum dicendum, quod duplex est sanctificatio. Una quidem totius nature, in quantum scilicet tota natura humana ab omni corruptione culpæ, & poenæ liberatur: & hæc erit in resurrectione. Alia vero est sanctificatio personalis, quæ non transit in prolem carnaliter genitam, qui talis sanctificatio non respicit carnem, sed mentem. Et ideo estis parentes beate Virginis fuerunt mundati à peccato originali, nihilominus beata Virgo peccatum originale contraxit, cum fuerit concepta secundum carnis concupiscentiam ex commixtione maris, & femine. Dicit enim Augustin. in Lib. I. de nuptiis, & concupiscentia (cap. xii. cir. princ.) *omnem quæ de concubitu nascitur, carnem esse peccati.*

ARTICULUS III. 154

Utrum per sanctificationem fuerit beata Virgini fomes totaliter sublatus.

III. dist. III. quest. 1. art. 2. & ib. in expositione præ. part. text. & opusc. 11. cap. CCXXXI.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod B. Virgo non fuerit emundata ab infectione fomitis. Sicut enim prena originalis peccati est fomes, qui consistit in inferiorum virium rebellionem ad rationem; ita etiam poena originalis peccati est mors, & ceteræ poenalties corporales. Sed B. Virgo fuit subiecta hujusmodi prenalitibus. Ergo etiam fomes ab ea totaliter remotus non fuit.

2. Præterea. II. Cor. xii. 9. dicitur: *Virtus in infirmitate perficitur:* & loquitur ibi de infirmitate fomitis, secundum quam patiebatur stimulum carnis. Sed nihil quod pertinet ad perfectionem virtutis, fuit B. Virgini subtrahendum. Ergo non fuit B. Virgini totaliter subtrahendus fomes.

3. Præterea. Damascenus dicit (Lib. III. orth. Fid. cap. 11.) quod in B. Virgine supergenit Spiritus Sanctus, purgans eam ante conceptionem Filii Dei: quod non potest intelligi, nisi de purgatione à fomite: nam peccatum non fecit, ut Augustinus dicit in Lib. de natura, & gratia (cap. xxxv. ante med.) Ergo per sanctificationem in utero non fuit libere mundata à fomite.

Sed contra est quod dicitur Cant. iv. 7. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Fomes autem ad maculam pertinet, saltem carnis. Ergo in beata Virgine fomes non fuit.

Respondeo dicendum, quod circa hoc sunt diversæ opiniones. Quidam enim dixerunt, quod in ipsa sanctificatione B. Virginis, quæ fuit sanctificata in utero, totaliter fuit fomes subtractus. Quidam vero dicunt, quod remansit fomes quantum ad hoc quod facit difficultatem ad bonum; sublatus tamen fuit quantum ad hoc quod facit proinitatem ad malum. Alii vero dixerunt, quod sublatus fuit fomes, in quantum pertinet ad corruptionem persone, prout impellit ad malum, & difficultatem facit ad bonum; remansit tamen, in quantum pertinet ad corruptionem nature, prout scilicet est causa traducendi originale peccatum in prolem. Alii vero dicunt, quod in prima sanctificatione remansit fomes secundum essentiam, sed ligatus; in ipsa autem conceptione Filii Dei fuit totaliter sublatus.

Ad horum autem intellectum oportet considerare, quod fomes nihil est aliud quam inordinata concupiscentia sensibilis appetitus; habitualis tamen, quia actualis concupiscentia est motus peccati. Dicitur autem concupiscentia sensualitatis esse inordinata, in quantum repugnat rationi; quod fit, in quantum inclinatur ad malum, vel difficultatem facit in bono. Et ideo ad ipsam rationem fomitis pertinet quod inclinet ad malum, vel difficultatem faciat in bono. Unde potere quod remansit fomes in B. Virgine non inclinans ad malum, est ponere duo opposita simul. Similiter etiam videtur oppositionem implicare quod remansit fomes, in quantum pertinet ad corruptionem nature, non autem in quantum pertinet ad corruptionem persone. Nam secundum Augustinum in Lib. I. de nup. & concupiscentia (cap. xxiv.) libido est quæ peccatum originale transmittit in prolem. Libido autem importat inordinatam concupiscentiam, quæ non totaliter subditur rationi. Et ideo si totaliter fomes subtraheretur, in quantum pertinet ad corruptionem persone, non posset remanere, in quantum pertinet ad corruptionem nature. Restat ergo ut dicamus, quod vel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus per primam sanctificationem, vel quod remansit ligatus. Posset enim intelligi, quod totaliter fuerit sublatus fomes hoc modo quod præstitum fuerit B. Virgini ex abundantia gratiæ descendens in ipsam, ut talis esset dispositio virium anime in ipsa quod inferiores virtutes numquam moverentur sine arbitrio rationis, sicut dicitur etiam (quest. lxx. art. 2.) fuisse in Christo, quem constat peccati fomitem non habuisse, & sicut fuit in Adam ante peccatum per originale iustitiam; ita quod quantum ad hoc gratia sanctificationis in Virgine habuit vim originalis iustitiæ. Et quamvis hæc possit

tio ad dignitatem Virginis matris pertinere videatur; derogat tamen in aliquo dignitati Christi, absque cuius virtute nulla à prima damnatione liberatur. Et quamvis per fidem Christi aliqui ante Christi incarnationem sint secundum spiritum ab illa damnatione liberati; tamen quod secundum carnem aliquis ab illa damnatione liberetur, non videtur fieri debuisse nisi post incarnationem ejus, in qua primo debuit immunitas damnationis apparere. Et ideo sicut ante immortalitatem carnis Christi resurgentis nullus adeptus fuit carnis immortalitatem; ita inconveniens videtur dicere, quod ante Christi carnem, in qua nullum fuit peccatum, caro Virginis matris ejus, vel cuiuscumque alterius fuerit absque fornice, qui dicitur lex carnis, sive membrorum.

Et ideo videtur melius dicendum, quod per sanctificationem in utero non fuerit sublati B. Virginis fomes secundum essentiam, sed remansit ligatus non quidam per actum rationis suæ, sicut in viris sanctis quia non habuit usum liberi arbitrii adhuc in ventre matris existens, hoc enim est speciale privilegium Christi; sed per abundantiam gratiæ, quam in sanctificatione recepit, & etiam perfectius per divinam providentiam, sensualitatem ejus ad omni inordinatum motu prohibentem. Postmodum vero in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primo debuit resurgere peccati, immunitas, credendum est quod ex prole redundaverit in matrem, totaliter fomite subtrahito. Et hoc signatur Ezech. XLII. 2. ubi dicitur: *Eccc gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, id est per beatam Virginem; & terra, id est caro ipsius, splendebat à maiestate ejus, scilicet Christi.*

Ad primum ergo dicendum, quod mors, & huiusmodi poenaltates de se non inclinant ad peccatum. Unde etiam Christus, licet assumpserit huiusmodi poenaltates, fomitem tamen non assumpsit. Unde etiam in B. Virgine, ut Filio conformaretur, de cuius plenitudine gratiam accipiebat, primo quidem fuit ligatus fomes, & postea sublati; non autem liberata fuit à morte, & aliis huiusmodi poenaltatibus.

Ad secundum dicendum, quod infirmitas carnis ad fomitem pertinens, est quidem in sanctis viris perfectæ virtutis occasio, non tamen causa sine qua perfectio haberi non possit. Sufficit autem in B. Virgine ponere perfectam virtutem ex abundantia gratiæ; nec oportet in ea ponere omnem occasionem perfectionis.

Ad tertium dicendum, quod Spiritus Sanctus in B. Virgine duplicem purgationem fecit.

(a) Ita cum Theologis Nicolajus. Cod. Alcan. volebat illius imponere gratiam, & semetipsam clariorem facere, &c. Edit. Rom. aliæque veteres: Edit. Patav. volebat ut jam hominum gratiam conciliaret, &c.

Unam quidem quasi præparatoriam ad Christi conceptionem; quæ non fuit ab aliqua impunitate culpæ, vel fomitis, sed mentem ejus magis in unum colligens, & à multitudine sustollens. Nam & Angeli purgati dicuntur, in quibus nulla impunitas invenitur, ut Dionysius dicit vi. cap. eccl. Hierarch. (versus fin.) Aliam vero purgationem operatus est in ea Spiritus Sanctus mediante conceptione Christi, quæ est Spiritus Sancti opus. Et secundum hoc potest dici, quod purgavit eam totaliter à fomite.

ARTICULUS IV. 155

Utrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta ut nunquam peccaret.

III. dist. 111. quest. 1. art. 2. quest. 3. & dist. xlii. quest. 1. art. 2. quest. 1. corp. & IV. dist. vi. quest. 1. art. 1. quest. 2. corp. & opusc. 111. cap. cccxlv. & opusc. vii. cap. vi. princ. & opusc. lx. c. 111.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod per sanctificationem in utero non fuerit B. Virgo præservata ab omni peccato actuali. Quia, ut dictum est (art. præc.) post primam sanctificationem fomes peccati remansit in Virgine. Motus autem fomitis, etiam si rationem præveniat, est peccatum veniale, licet levissimum, ut Augustinus dicit in Lib. de Trinitate Ergo in B. Virgine fuit aliquod peccatum veniale.

2. Præterea. Super illud Luc. 11. *Tuam ipsius animam pertansibit gladius*, dicit Augustinus (alius Auctor in Lib. Qq. veteris, & novi Testamenti quæst. lxxxi. circ. med.) quod B. Virgo in morte Domini stupore quodam dubitavit. Sed dubitare de fide peccatum est. Ergo B. Virgo non fuit præservata immunitas ab omni peccato.

3. Præterea. Chrysostomus super Matth. xli. (hom. xlv. parum à princ.) exponens illud, *Eccc mater tua, & fratres tui fratres sunt, querentes te*, dicit: „Manifestum est quod solus, lum ex vana gloria hoc faciebant. Et Joan. 11. super illud, *Vinum non habent*, dicit idem Chrysostomus (hom. xx. in Joan. circ. med.) quod (a), volebat eum jam hominum gratiam conciliare, & se ipsam clariorerum; facere per Filium; & fortassis quid humanum patiebatur, quemadmodum & fratres ejus dicentes: *Manifesta teipsum mundo*. Et post pauca subdit: „Nondum enim, quam oportebat, de eo opinionem habebat: quod totum constaret esse peccatum. Ergo

volebat illis imponere gratiam, & seipsam, &c.

Ergo B. Virgo non fuit præservata immunitas ab omni peccato.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de natura, & gratia (cap. xxxvi. ante med.) *De sancta Virgine Maria propter honorem Christi nullam proferat, cum de peccatis agitur, habere volo questionem: inde enim scimus quod ei plus gratie collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quod concipere, ac parere meruit eam quem constat nullum habuisse peccatum.*

Respondeo dicendum, quod illos quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat, & disponit ut ad id ad quod eliguntur, veniantur idonei, secundum illud II. ad Corinth. 111. 6. *Idonei nos fecit ministros novi Testamenti.* Beata autem Virgo fuit electa divinitus ut esset mater Dei. Et ideo non est dubitandum quin Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, secundum quod Angelus ad eam dicit Lucæ 1. 30. *Invenisti gratiam apud Deum: ecce concipies, &c.* Non autem fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquando: tum quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud Proverb. xvii. 6. *Gloria filiorum patris eorum*: unde & per oppositum ignominia matris ad filium redundasset: tum etiam quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. Dicitur autem II. ad Corinth. vi. 15. *Que conventio Christi ad Belial?* Tum etiam quia singulari modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitavit, non solum in anima, sed etiam in utero. Dicitur autem Sap. 1. 4. *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccati.* Et ideo simpliciter fatendum est, quod beata Virgo nullum actuale peccatum commisit nec mortale, nec veniale; ut sic in ea impleatur quod dicitur Cantic. 1v. 7. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.*

Ad primum ergo dicendum, quod in B. Virgine post sanctificationem in utero remansit quidem fomes peccati, sed ligatus, ne scilicet prorumperet in aliquem motum inordinatum, qui rationem præveniret: & licet ad hoc operaretur gratia sanctificationis, non tamen ad hoc sufficiebat: alioquin virtute illius gratiæ hoc ei fuisset præstitum ut nullus motus posset esse in sensualitate ejus, nisi ratione præventus; & sic fomitem non habuisset; quod est contra supra dicta (art. præc.) Unde oportet dicere, quod complementum illius ligationis fuit ex divina providentia, quæ non permittebat aliquem motum inordinatum ex fomite provenire.

Ad secundum dicendum, quod illud verbum Simeonis Origenes (hom. xvi. in Lucæ à med.) & quidam alii Doctores exponunt de dolore quem passa est in Christi passione. Am-

brofius autem (in hunc loc.) per gladium dicit significari prudentiam Mariæ, non igneam mysterii celestis. *Vicum est enim verbum Dei, & validum, & acutius omni gladio acutissimo.* Quidam vero per gladium dubitationem intelligunt: quæ tamen non est intelligenda dubitatio infidelitatis, sed admirationis, & difficultatis. Dicit enim Basilus in epist. ad Optimum (cccxi. in fin.) quod B. Virgo assistens cruci, & aspiciens singula, post testimonium Gabrielis, post ineffabilem divinam conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat, ex una scilicet parte videns eum pati abjecta, & ex alia parte considerans ejus mirifica.

Ad tertium dicendum, quod in verbis illis Chrysostomus excelsit; possunt tamen exponi, ut intelligatur in ea Dominum cohibuisse non inordinatum inanis gloriæ motum quantum ad ipsam, sed id quod ab aliis posset estimari.

ARTICULUS V. 142

Utrum beata Virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

III. dist. 111. quest. 1. art. 2. quest. 3. corp. & dist. xlii. quest. 1. art. 2. quest. 1. corp. & opusc. vii. & opusc. lx. cap. 111. & Joan. xvi. con. 3. & Rom. viii. lect. 5.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod beata Virgo per sanctificationem in utero non obtinuerit gratiæ plenitudinem, sive perfectionem. Hoc enim videtur pertinere ad privilegium Christi, secundum illud Joan. 14. *Vidimus eum quasi unigenitum à Patre, plenum gratia, & veritate.* Sed ea quæ sunt propria Christi, non sunt alteri attribuenda. Ergo beata Virgo plenitudinem gratiarum non accepit in sanctificatione.

2. Præterea. Et quod est plenum, & perfectum, non restat aliquid addendum quia perfectum est cui nihil deest, ut dicitur in III. Physic. (text. 63. & 64.) Sed beata Virgo postmodum additionem gratiæ suscepit, & quando Christus concepit (dictum est enim Lucæ 1. 35. *Spiritus Sanctus superveniet in te*) & iterum quando in gloriam est assumpta. Ergo videtur quod non habuerit in sua prima sanctificatione plenitudinem gratiarum.

3. Præterea. Deus non facit aliquid frustra, ut dicitur in I. de celo (text. 32. & Lib. II. text. 59.) Frustra autem habuisset quidam gratias, cum earum utrum nunquam exercuerit: non enim legitur, aut docuisse, quod est actus sapientiæ; aut miracula fecisse, quod est ac-

actus gratiæ gratis data. Non igitur habet plenitudinem gratiarum.

Sed contra est quod Angelus ad eam dixit Luc. 1. 28. *Ave gratia plena.* Quod exponens Hieronymus in serm. de Assumptione (seu epist. ad Paul. & Eustoch. inter op. reject. inter princ. & med.) dicit: „ Bene gratia plena, quia ceteris per partes præstatur, Mariæ vero se totam simul infudit gratiæ plenitudo.“

Respondeo dicendum, quod quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principii. Unde Dionysius dicit iv. cap. celest. Hierar. (ante med.) quod Angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus divinis, quam homines. Christus autem est principium gratiæ, secundum Divinitatem quidem auctoritative, secundum humanitatem vero instrumentaliter. Unde & Joan. 1. 17. dicitur: *Gratia, & veritas per Jesum Christum facta est.* Beata autem Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam. Et ideo præ ceteris majorem debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere.

Ad primum ergo dicendum, quod unicuique à Deo datur gratia, secundum hoc ad quod eligitur. Et quia Christus, in quantum est homo, ad hoc fuit prædestinatus, & electus ut esset Filius Dei in virtute sanctificandi, hoc fuit sibi proprium ut haberet talem plenitudinem gratiæ quod redundaret in omnes, secundum quod dicitur Joan. 1. 16. *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Sed beata Virgo Maria tantam gratiæ obtinuit plenitudinem, ut esset propinquissima auctori gratiæ; ita quod eum qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo, quodammodo gratiam ad omnes derivaret.

Ad secundum dicendum, quod in rebus naturalibus primo quidem est perfectio dispositionis, puta cum materia est perfecte ad formam disposita. Secundo autem est perfectio formæ, que est posterior: nam & ipse calor est perfectior qui provenit ex forma ignis, quam ille qui ad formam ignis disponebat. Tertio autem est perfectio finis; sicut ignis perfectissime habet proprias qualitates, cum ad locum suum pervenit. Et similiter in beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidem quasi dispositiva, per quam reddebatur idonea ad hoc quod esset mater Christi: & hæc fuit perfectio sanctificationis. Secunda autem perfectio gratiæ fuit in beata Virgine ex presentia Filii Dei in ejus utero incarnati. Tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria.

Quod autem secunda perfectio sit potior quam prima, & tertia quam secunda, patet quidem uno modo per liberationem à malo.

Nam primo in sua sanctificatione fuit liberata à culpa originali; secundo in conceptione Filii Dei fuit totaliter à fonte mundata; tertio vero in sui glorificatione fuit liberata etiam ab omni miseria. Alio modo per ordinem ad bonum: nam primo in sua sanctificatione adeptæ est gratiam inclinantem eam ad bonum; in conceptione autem Filii Dei consummata est ejus gratia confirmans eam in bono; in sui vero glorificatione consummata est ejus gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.

Ad tertium dicendum, quod non est dubitandum quin B. Virgo accepit excellenter donum sapientiæ, & gratiam virtutum, & etiam gratiam prophetiæ; non tamen accepit ut haberet omnes usus harum, & similitum gratiarum, sicut habuit Christus, sed secundum quod conveniebat conditioni ipsius. Sapientiæ enim usum habuit in contemplando, secundum illud Luc. 11. 19. *Maria autem conservabat omnia verba hæc, censerens in corde suo;* non autem habuit usum sapientiæ quantum ad docendum, quia hoc non conveniebat sexui muliebris, secundum illud I. ad Timoth. 11. 12. *Docere autem mulieri non permittitur.* Miraculorum autem usus sibi non competebat, dum viveret: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis. Et ideo soli Christo, & ejus discipulis, qui erant bajuli doctrinæ Christi, conveniebat miracula facere. Propter quod etiam de Joanne Baptista dicitur Joan. 2. quod signum fecit nullum, ut scilicet omnes Christo intenderent. Usum autem prophetiæ habuit, ut patet in Cantico quod fecit: *Magnificat anima mea Dominum, &c.* (Luc. 1. 47.)

ARTICULUS VI. 157

Utrum sic sanctificari fuerit proprium B. Virgini.

III. dist. 111. quæst. 1. art. 2. quæst. 1. ad 4. & quæst. vi. quæst. v. art. 1. corp. fin. & opus. 11. cap. cccxv. & Pjal. XLV. con. 5.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod sanctificari in utero post Christum proprium fuerit B. Virgini. Dicitur enim (art. 3. & 4. huj. quæst.) quod propter hoc B. Virgo fuit sanctificata in utero ut redderetur idonea ad hoc ut esset mater Dei. Sed hoc est proprium sibi. Ergo sola ipsa fuit sanctificata in utero.

2. Præterea. Aliqui videntur propinquius accessisse ad Christum quam Hieremias, & Joannes Baptista, qui dicuntur sanctificati in utero. Nam Christus specialiter dicitur filius David, & Abraham propter promissionem eis specialiter factam de Christo: Illius etiam expressissime de eo prophetauit: Apostoli etiam cum ipso

ipso Christo conversati sunt: nec tamen leguntur sanctificari in utero. Ergo neque etiam Hieremias, & Joanni Baptista convenit sanctificari in utero.

3. Præterea, Job de se dicit Job xxxi. 18. *Ab infantia crevit mecum miseria, & de utero egressa est mecum:* nec tamen propter hoc dicimus eum sanctificatum in utero. Ergo neque etiam Joannem Baptistam, & Hieremiam cogimur dicere sanctificatos in utero.

Sed contra est quod dicitur de Hieremia Hierem. 1. 5. *Antequam exires de ventre, sanctificavi te:* & de Joanne Baptista dicitur Luc. 1. 15. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue.*

Respondeo dicendum, quod Augustinus in epist. ad Dardanum (cclxxxvii. al. lviii. à med.) dubie videtur loqui de horum sanctificatione in utero. *Potuit enim exultatio Joannis in utero, ut ipse dicit, esse significatio rei sanctæ, scilicet quod mulier esset mater Dei, à majoribus cognoscenda, non à parvulo cognita. Unde in Evangelio non dicitur, Crediti infans in utero, sed, Exultavit. Videmus autem, exultationem non solum parvulorum, sed etiam pecorum esse. Sed hæc iniustata exiit, quia in utero. Et ideo sicut solent miracula fieri, facta est divinitus in infante, non humanitus ab infante. Quamquam etiam si usque adeo est in illo puero acceleratus usus rationis, & voluntatis, ut intra viscera matris jam posset cognoscere, credere, consentire (ad quod in aliis parvulis eam expellatur ut possint) & hoc in miraculis habendum puto divini potentie.*

Sed quia expresse in Evangelio (Luc. 1. 15.) dicitur, quod Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue: & de Hieremia expresse dicitur: *Antequam exires de ventre, sanctificavi te:* asserendum videtur, eos sanctificatos in utero; quamvis in utero usum liberi arbitrii non haberint: de quo Augustinus (loc. cit.) quæstionem movet: sicut etiam pueri, qui sanctificantur per baptismum, non statim habent usum liberi arbitrii. Nec est credendum, aliquos alios sanctificatos esse in utero de quibus Scriptura mentionem non facit, quia hujusmodi privilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præter legem communem, ordinantur ad utilitatem aliorum, secundum illud I. ad Corinth. xii. 7. *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem:* quæ nulla proveniret ex sanctificatione aliquorum in utero, nisi Ecclesiæ innotesceret. Et quamvis iudiciorum Dei non possit ratio assignari, quare scilicet huic, & non alii hoc munus gratiæ conferat; conveniens tamen videtur fuisse utrumque ditorum sanctificari in utero ad præfigurandam sanctificationem per Christum faciendam: primo quidem per ejus passionem, secundum illud Heb. ult. 12. *Jesus ut sanctificaret per suam sanguinem populum, extra portam passus est:* quam

quidem passionem Hieremias & verbis, & mysteriis apertissime prænuñtiavit, & suis passionibus expressissime præfiguravit: secundo per baptismum, secundum illud I. ad Corinth. vi. 11. *Sed abluti estis, sed sanctificati estis:* ad quem quidem baptismum Joannes suo baptismum homines præparavit.

Ad primum ergo dicendum, quod B. Virgo, quæ fuit à Deo electa in matrem, ampliore sanctificationis gratiam obtinuit quam Joannes Baptista, & Hieremias, qui sunt electi ut speciales præfiguratores sanctificationis Christi. Cujus signum est quod B. Virgini præstitum est ut de cetero non peccaret nec mortaliter, nec venialiter; aliis autem sanctificatis creditur præstitum esse ut de cetero mortaliter non peccarent, divina eos gratia protegente.

Ad secundum dicendum, quod quantum ad alia potuerunt sancti esse Christo conjunctiones quam Hieremias, & Joannes Baptista; qui tamen fuerunt ei conjunctissimi quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod miseria de qua ibi Job loquitur, non significat virtutem infusam, sed quandam inclinationem naturalem ad actum hujus virtutis.

QUÆSTIO XXVIII.

De virginitate B. Mariæ,

in quatuor articulis divisæ.

DEinde considerandum est virginitatis matris Dei: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum fuerit virgo in concipiendo.

Secundo, utrum fuerit virgo in partu.

Tertio, utrum permanerit virgo post partum.

Quarto, utrum votum virginitatis emisisset.

ARTICULUS I. 158

Utrum B. Maria fuerit virgo in concipiendo.
IV. cont. cap. xv. & opus. 11. cap. cccxv. & opus. 11. cap. cccxv. & opus. 11. cap. cccxv.

AD primum sic proceditur. Videtur quod mater Dei non fuerit virgo in concipiendo Christum. Nulla enim proles que habet patrem, & matrem, ex virgine matre concipitur. Sed Christus non solum dicitur habere matrem, sed etiam patrem: dicitur enim Luc. 11. 27. *Erant pater ejus, & mater mirantes super hiis que dicebantur de illo.* & infra 48.